

Bibliothèque numérique

medic@

**Arnold, Friedrich. Tabulae
anatomicae, quas ad naturam
accurate descriptas in lucem edidit
Fridiricus Arnold. Fasciculus primus.
Icones cerebri et medullae spinalis**

Turici : Impensis Orelii, Fuesslini et sociorum, 1838.
Cote : 1846



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?01846>

1846

1846

FRIDERICI ARNOLDI
TABULÆ ANATOMICÆ.

FASCICULUS I.

CONTINENS

ICONES CEREBRI ET MEDULLÆ SPINALIS.

TURICI,
IMPENSIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

Prospectus.

TABULÆ ANATOMICÆ
QUAS
AD NATURAM ACCURATE DESCRIPTAS

IN LUCEM EDIT
FRIDERICUS ARNOLD.
X. Fascie. Fol.

Von diesem ausgezeichneten anatomischen Atlas, dessen erste Abtheilung nunmehr beendigt vorliegt, erscheinen jährlich zwei Lieferungen.

Jede derselben enthält im Durchschnitt zwölff, sorgfältig nach der Natur und unter den Augen des Herrn Prof. Arnold von einem der ersten Künstler in diesem Fache, in Kreide-maniere auf Stein gezeichnete Tafeln, welchen ehensoviell Linear-tafeln und ein erklärender Text des Herrn Verfassers beigegeben werden.

Das Ganze zerfällt in folgende Unterabtheilungen, die ihrem speziellen Inhalt nach als einzelne für sich bestehende anatomische Werke betrachtet und gekauft werden können.

1. Das Hirn und Rückenmark. 5. Die Muskeln.
2. Die Sinnesorgane und der 6. Die Arterien.
Kehlkopf. 7. Die Venen und Saugaderen.
3. Die Organe der Brust und 8. Die Nerven.
des Unterleibs. 9. Die Anatomie des Fötus.
4. Die Knochen und Bänder. 10. Die allgemeine Anatomie.

Der Preis jeder einzelnen Abtheilung oder Lieferung ist Rthlr. 8. = fl. 12.

Die zweite Lieferung, die Sinnesorgane, ist bereits in Arbeit; wir hoffen dieselbe noch vor dem Schluss des Jahres 1838 nachfolgen lassen zu können.

Ungeachtet der Grösse des Formats und der bedeutenden Auslagen, haben wir den Preis der einzelnen Lieferungen zu Erleichterung des Ankaufes auf das Billigste gestellt, und sind geneigt, denjenigen achtungswerten Freunden der Wissenschaft, welche unsere Unternehmung durch Anschaffung aller Lieferungen unterstützen, unser Dank dadurch auszusprechen, dass wir denselben

die zehnte und letzte Lieferung gratis abzuliefern uns verpflichten, und uns demnach nur neun Lieferungen, jede einzelne erst nach Erscheinen, bezahlen lassen.

Über die eben so sorgfältige als gewissenhafte Ausführung dieses anatomischen Atlases glauben wir wenig sagen zu müssen; der Anblick derselben spricht am besten und wirksamsten für seinen wissenschaftlichen und künstlerischen Werth. Nur die Versicherung dürfen wir geben, dass allen folgenden Lieferungen gleiche Sorgfalt gewidmet bleibt und der Vollendung des Werkes, nach den langen und mühsamen Vorarbeiten von Seite des Herrn Verfassers, bei dem uns im Gehöre stehenden Mitteln nichts im Wege liegt.

Möge denn dem schönen Unternehmen, das, wie wir hoffen, eine Zierde des deutschen Buchhandels sein wird, überall die verdiente Anerkennung zu Theil werden. Exemplare der ersten Lieferung finden sich in allen bedeutenden Sortiments-handlungen Deutschlands und der Schweiz; im Auslande

LONDON, bei Black & Armstrong.
PARIS, bei J. B. Bailliére.
PETERSBURG, bei Wilhelm Graeff.
UTRECHT, bei Robert Natas.

In unserem Verlage sind noch folgende Werke derselben Verfassers erschienen:

Arnold., Dr. Fr. und Dr. J. W., die Erscheinungen und Gesetze des lebenden menschlichen Körpers im gesunden und kranken Zustande. I^o Band I^o Thl. oder Lehrbuch der Physiologie des Menschen, von Dr. Fr. Arnold, I^o Thl. Mit Abbildungen, gr. 8. Rthlr. 3. = 4 Gl. 30 Kr.

— Der Erscheinungen u. s. w. I^o Bandes II^o Thl. oder Lehrbuch der Physiologie, von Dr. Fr. Arnold, II^o Thl. I^o Abtheilung, gr. 8. Rthlr. 2. = 3 Gl.

— Der Erscheinungen u. s. w. II^o Bandes I^o Thl. oder Lehrbuch der patholog. Physiologie des Menschen, von Dr. J. W. Arnold, I^o Thl. Mit Abbildungen, gr. 8. Rthlr. 1. 20 Gr. = 2 Gl. 45 Kr.

— Der Erscheinungen II^o Bandes II^o Thl. oder Lehrbuch der patholog. Physiologie, von Dr. J. W. Arnold, II^o Thl. I^o Abtheilung, gr. 8. Rthlr. 2 Gr. 12. = 3 Gl. 45 Kr.

Ferner ist von kunstfertiger Hand in unserer lithographischen Anstalt erschienen das wohlgetreue Porträt des Herrn

DR. S C H Ö N E L L E N,
Prof. Tur.
Fol. Velinpap. 16 Gr. = 1 Gl. Chinesisch Pap. Rthlr. 1. = 1 Gl. 30 Kr.

Ce nouveau Atlas anatomique, porté par les soins de l'auteur aux progrès et l'étendue de la science de nos jours, paraîtra en six Livraisons, dont la première vient d'être achevée.

D'ici en six mois sera publiée la deuxième livraison; à date de cet époque paraîtra chaque semestre une livraison, et l'Atlas sera au complet en 1832.

Chaque livraison contiendra 10 à 12 planches soigneusement dessinées sous la surveillance spéciale de l'auteur, par un des premiers artistes lithographes dans ce genre, et suivant de planches explicatives à contours, avec 5 à 6 feuilles de texte raisonné par l'auteur.

Contenu des dix Livraisons.

1. La Masse encéphalo-rachidienne.
2. Les Organes des Sens, de la Mastication et de la Voix.
3. Les Organes de la Postrine et du Bas-centre.
4. Les Os et les Ligaments.
5. Les Muscles.
6. Les Artères.
7. Les Veines et Vaisseaux lymphatiques.
8. Les Nerfs.
9. L'Anatomie du Foetus.
10. L'Anatomie générale.

La seconde Livraison, les Organes des Sens, est en exécution; nous espérons de la publier avant la clôture de l'an 1833.

Malgré la grandeur du format et les frais considérables qui résultent d'une pareille entreprise, nous avons établi un prix fort modique en comparaison de l'ouvrage; et pour témoigner notre reconnaissance aux acquéreurs, nous consentons à livrer

gratuit la dixième Livraison

à tous ceux qui ont souscrit et accepté les neuf premières.

Il serait superflu d'ajouter d'autres recommandations à notre entreprise, l'examen de l'ouvrage prouvera qu'il est digne de la science et des longues et scrupuleuses recherches de son auteur.

Rien ne peut entraver la marche de notre publication, les mesures nécessaires à la réussite sont à notre disposition.

Conditions de la Souscription.

Chaque Livraison se vend à Frs. 32 de Fr. Les Soucripteurs de l'ouvrage enier reçoivent la Dixième gratis.

Tous les personnes qui ne veulent se charger que des livraisons séparées, peuvent les avoir au prix de 32 Frs. Chaque livraison forme un ouvrage à part et se verra sous son titre particulier.

On souscrit à

LONDRES, chez Black & Armstrong.
PARIS chez J. B. Bailliére.
ST. PETERSBOURG, chez Guillaume Graeff.
UTRECHT, chez Robert Natas.

Icones Nervorum Capitis
in lucem edite

Friderico Arnaldo.
IX tabulae elaboratae et totidem adumbratae.
Fol. gebundene Rthlr. 8. = 12 Gl.

Annotationes anatomicae
de
Velamentis Cerebri
et
Medullae spinalis.
Anatomica
Friderico Arnaldo.
cum tabul. lithograph.
med. 4. broch. Rthlr. 1. = 1 Gl. 30 Kr.

FRIDERICI ARNOLDI

T A B U L E A N A T O M I C E.

FASCICULUS I.

CONTINENS

ICONES CEREBRI ET MEDULLÆ SPINALIS.

T A B U L E

A N A T O M I C A E

QUAS

AD NATURAM ACCURATE DESCRIPTAS

IN LUCEM EDIDIT

FRIDERICUS ARNOLD.



FASCICULUS PRIMUS.

ICONES CEREBRI ET MEDULLÆ SPINALIS.

DECEM

TABULAE ELABORATAE ET TOTIDEM ADUMBRATAE.

1840

T U R C I

IMPENSIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORVM.

LONDINI APUD BLACK & ADISTRONG.

PETROPOLI APUD WILHELMUM GRAEFF.

PARISIIS APUD L. B. BAILLIÈRE.

TRAJECTI AD RHENUM APUD ROB. NATAN.

OPTIMA

MEMORIAE

THOMAE WILLISII,

FELEICIS VICO D'AZYRI ET CHRISTIANI REILII

ANATOMICORUM

DE TOPOGRAPHIA ET MORPHOLOGIA PARTIUM ENCEPHALI

OPTIME MERITORUM

HAS ICONES

CEREBRI ET MEDULLAE SPINALIS

DEDICAT CONSECRAT

FRIDERICUS ARNOLD.

In paneis tantummodo partibus corporis humani et anatomie et artifices, qui quidem in illud insumunt operam, ut eas exacte describant seu imitentur, in tantas incurront difficultates, quantas in cerebro superandas esse patet. Quippe cum illud organum ea sit conditione, ut manibus facile cedat, cumque eius partes, si ex ossea capsula tolluntur, facillime dehiscent et in dissectionibus, quae hae vel illa directione per molem eius ducuntur, concidunt, liquet, opus es, ut summa cautione tractetur, si, quemadmodum partes, e quibus organum illud adeo complicitum constat, invicem dispositae atque dissitae sint, recte cognoscere vel etiam alios docere velimus. Hac in re etiam sine dubio praecipua causa sita est, cur paucissimae tantum nobis existent bonaes imagines partium cerebri; etenim nulla fere earum est, in qua non hoc vel illud desideretur. Quin ille *Samuel Thomas Soemmeringius*, qui tam praecclare in arte organa sensuum aliaque corporis humani instrumenta iconibus effingendi atque repraesentandi versatus erat, paucas illas imagines, quibus externa cerebri et non nullas partes internas imitatus est, non tales effectit, quales eas imagines esse debere recte existimamus, quae similitudinem naturae prae se ferre dicuntur. Idem dici potest de multis aliis tabulis, in quibus cerebrum repraesentatur. Eae namque oculis eorum, qui harum rerum gnari sunt, facile produnt, se non ad praeparata cerebri in situ in cavitate crani esse descriptas, sed postquam illud de ea sublatum sit, id quod nunquam fieri potest, quin ea, quae ad veram illius organi formam pertinent, aliquantulum mutentur. Vel auctores etiam ad imagines effingendas usi sunt cerebris spiritu vini induratis, in quibus similiter vitari non potest, ne magni errores in iis, quae externam vel internam formam attingunt, existant; imo haec saepe etiam non amplius cognosci atque iterum describi possunt. Eiusmodi imagines haud raro etiam apertius indicia pravitatis prae se ferunt, quam illae, quae in recentibus cerebris extra cavitatem crani factae sunt.

Haec igitur mihi p[ro]ae omnibus antiquissima erat cura, ut illa praeparata, quibus externae et internae formationes cerebri, eaque, quae ad figuras eius referuntur, erant explicanda, in recentibus cerebris in situ in crano conficerem. Id ut melius sucederet, cavitas crani a superioribus vel inferioribus, a latere, a posterioribus vel anterioribus cautissime aperiebatur et dura meninx cerebri subtiliter auferebatur; deinde delineationes externorum fiebant et tum demum a pia matre denudabatur, cum in ea detrahenda, etiamsi summa cautione usus fueris, partes de suo situ aliquantulum demonstrarentur. Denique postquam facies repraesentanda perfecte explicata erat, delineationes absolvendas et adumbrationem quandam constituendam dedi, que descriptioni planius conficiendae inserviret. In diversis cerebri dissectionibus Franciscum Wagnerum, artificem repraesentationum anatomicarum peritissimum, semper ad latus habebam; nec raro accidebat, ut ille ductus cultri mei plumbeto suo calamo in charta quasi calcem calce terens sequeretur. Quodsi ille vir, ingenio quaeque solerter et vere imaginandi clarus inque iis, quae vidit, fideliter et exacte imitandis exercitatissimus mihi non adfuisse, has a me praeparatorum imagines exhibere non potuisse. Illi in aestimandis his tabulis ex aquo gloria tribuatur. Quicunque has repraesentationes cum natura et imaginibus ab aliis factis comparaverint, iis persuasum fore speramus et anatomicum et auctorem delineationum eodem veritatis studio incensos esse atque teneri. Si his tabulis in comparatione ad imagines, quae exstant, naturae vere adumbratae palma debetur, utrique aequa pars tribuenda est; nisi enim uterque eodem consilio et eadem mentis persuasione ducatur, neuter eorum palmam illam ferre potest.

In pluribus iconibus facile cognoscitur, quemadmodum partes cerebri in crano et ad cranium sitae sint, si cranium cum annexis partibus simul designatur. Id autem iis praecepit utilitati esse potest, qui accuratam cognitionem situs relativi cerebri et singularum eius partium habere cupiunt; maxime autem eius rei rationem habere debent chirurgi, scilicet ut, si qua laesio cerebri facta sit, ex eius directione iudicare possint, quaenam partes tactae sint. Huius rei gratia in pluribus imaginibus orbitam cum bulbo oculi et eius musculis, sinum maxillarem, auriculam, cavitatem oris etc. simul delineandam curavi, ita ut has tabulas etiam ad usus praticos adhibere licet. Anatomicos in imaginibus, quibus partes corporis humani monstrantur, quaeunque possunt rerum rationem habere oportet.

Illas figuras, quae secundum cerebra spiritu vini indurata factae sunt, quaeque ad hoc praecepit destinatae sunt, ut iis fibrationes cerebri et medullae spinalis earumque coniunctio explicentur, a ceteris, quae secundum praeparata recentia descriptae sunt, separavi, illas in tabulam nonam et decimam retuli, hae spatium primarum octo tabularum implent. Quae a me in disquisitionibus meis inventa et illis figuris consignata sunt, cum iis, quae ab illis auctoribus qui ante me extiterunt, praecepit a Reilio disquisita sunt, partim consentiunt, partim ab iis discrepant. Sie etiam ab illis, quos posteritas latura est, viris, in hoc genere doctrinae de cerebro diversae sententiae proferuntur; non enim fieri potest, ut in disquisi-

tionibus super conditionibus cerebri, quae in cerebris spiritu vini induratis instituuntur, pro magnitudine curae, quae in illis adhibetur, proque ritu, qui in illis servatur, non diversa et disparity eruantur. Quapropter inter anatomicos, ubi de dispositione et excursu fibrarum cerebri et medullae spinalis iudicabunt, multis quidem in rebus semper aliqua erit dissensio. Contra longe alia est ratio earum opinionum, quae ex disquisitione cerebri recentis praebentur, quaeque ex dissectionibus molis cerebri sani semper aequales concipiuntur. De his, quae hic oculis cernuntur, in summa dubia et contentiones esse non possunt; hie oculi eos, qui acute et candide observant, in eam adducere debent opinionem, ut quantum ad totam rem pertinet, idem sentiant. Eos qui velociter vident, praesertim in partibus subtilioribus utique plura momenta fugient, quam eos, qui intentis oculis diutius illis immorantur. Itaque etiam inter illos auctores, qui in hanc rem sunt inquisituri, in assumendis partibus, scilicet an existant, dissensiones erunt. Multos anatomicos celerius et incuriosius saepe investigare sane dolendum est.

Ut internam constructionem recentis cerebri, quantum quidem in me esset, accuratissime explicarem, per molem cerebri in omnes partes sectiones faciebam. Illa moles linea horizontali et perpendiculari, hac scilicet linea perpendiculari cum in longitudinem tum in latitudinem dividebatur, et quidem in profunditatem inaequalem ab anterioribus ad posteriora, a superioribus ad inferiora vel vice versa et ab externis ad interna. Simil etiam ad illud intendebam, ut si fieri poterat, in singulis figuris bini conspectus darentur, id autem sic faciebam, ut in horizontalibus et in perpendiculariter transversalibus dissectionibus in uno latere situm magis superficialem, in altero profundiorem exhibendum curarem, ita ut magna varietas conspectuum cerebri fieret, quin eo numerus quoque figurarum augeretur. Primae octo tabulae, si quidem eas cum numerosis iconibus, quas Vicq d'Azyrius dedit, comparare placuerit, monstrabunt, ritu a me observato et, ne nimia multitudine imaginum, quibus saepe etiam impeditur, quominus iusta cognitio fiat, existeret, delectu quodam partium facto maiorem varietatem conspectuum esse datam, quam in illis tabulis, in quibus prae ceteris sectiones horizontales, contra paucae tantum perpendicularares in directione transversali et longitudinali continentur.

Quoniam autem haec tabulae anatomicae non solum iis, qui harum rerum professionem faciunt, dicatae sunt, necesse habui, eas breviter expondere et omnes illas annotationes omittere, quas ut facerem, observationibus meis adductus sum, ne, si copiosior fuisse, in usu tabularum illud nasceretur incommodi, quod plurimae tabulae anatomicae cum expositionibus verbosioribus afferre solent, cum nimis fatigantes a prosequendis studiis anatomis detincent. Huc et illud accedit, quod istiusmodi annotationes, si expositionibus tabularum adiiciuntur, non eo, quo par est, contextu dari possunt, ideoque, si quid eis est pretii, eo aliquatenus privaturn. Quibus rationibus permotus statim eas observationes, quas in disquisitionibus organorum et apparatum corporis humani ad icones in tabulis anatomicae exhibendas instituere soleo, in proprio libro*) edere, qui his veluti commentarius inserviat.

Iam praebeo has tabulas de cerebro omnibus illis, qui artem anatomicam profitentur, praebeo adolescentibus, qui in eadem arte erudiuntur, medicis et chirurgis, simulque oro atque obsecro omnes ut persuasum sibi habeant, mihi in eligendis et in construendis imaginibus non solum ea, quae ab arte, cui omnem meam operam impendo, pracciipiuntur, sed et ea, quae eos expectare licet, qui adhuc huius artis tirocinium agunt adolescentes, tum denique ea quae ab illis optantur, qui eandem in aegrotis exercent, semper ante oculos esse versata. Quodsi quid commodi anatomiae his tabulis accesserit, si mihi contigerit, ut iis, qui in hae arte mihi socii sunt, opera mea forte probetur, si gravissima haec rerum medicarum studia iisdem aluntur et faciliora redduntur, si denique medici et chirurgi ab istis tabulis quasi consilium capiunt; omnia ex quae plurima in iis edendis impendi, mihi restituta esse existimabo.

Eadem ratione et simili modo, quo hic cerebrum et medulla spinalis praesentata est, reliqua quoque organa et apparatus corporis humani in fasciculis, qui seculuri sunt, praesentabuntur, sic ut in his tabulis non, quemadmodum in plurimis aliis, quae nobis exstant, collatis operibus variorum anatomicorum et artificium totum aliquod in partibus suis sibi dissimile praebatur, sed potius opus quoddam perficiatur, cuius partes omnes pari modo iconibus, quae ut ab uno artifice, ita secundum preparata ab uno anatomico fingebantur, expositae inveniantur. Caeterum opus susceptum sine mora procedet et ad finem suum perducetur, si quidem fortuna amica auctorem tantumdem adiuverit, quantum ardor et studium vires et animum ad arduum opus suppeditant.

Proximus fasciculus de organis sensuum, manductionis, deglutitionis et vocis iam coepitus est et hoc ipso anno in lucem prodibit.

*) Untersuchungen und Kritiken im Gebiete der Anatomie und Physiologie.
Scripsi Turici, Idibus Martii 1838.

FRID. ARNOLD.

CONSPECTUS

VELAMENTORUM PARTIUMQUE CEREBRI AC MEDULLAE SPINALIS.

I. VELAMENTA CEREBRI ET MEDULLAE SPINALIS.

Vid. Tabb. I. II. VII.

A. Membrana fibrosa s. dura mater s. meninx.

- a. Pars spinalis. T. I. fig. 1. c. d. fig. 2. f. T. II. fig. 1. b.
Ligamentum denticulatum. T. I. fig. 2. g-l. T. II. fig. 1. c-g.
- b. Pars cephalica. T. I. fig. 1. e-i. fig. 2. a-e.
Processus cruciatus.
 - 1. Processus falciformis maior s. falx cerebri s. medastinum cerebri. T. I. fig. 2. b. T. VII. fig. 2. v.
 - 2. Tentorium cerebelli s. septum encephali. T. I. fig. 2. e. T. VII. fig. 1. c.
 - 3. Processus falciformis minor. T. III. fig. 1. L.
- B. Membrana serosa s. media s. arachnoidea s. mucosa.
- a. Pars spinalis. T. I. fig. 1. l. T. II. fig. 2. g-h. fig. 3. k-l.
Vaginae infundibuliformes nervorum, vasorum et apicum ligamenti denticulati. T. I. fig. 1. m.

b. Pars cerebralis. T. I. fig. 1. p. T. II. fig. 1. v-z.

Canalis et foramen Bichatii.

C. Membrana vasculosa s. mollis s. propria s. pia mater.

- a. Pars spinalis. T. I. fig. 2. v-x. T. II. ψ. o.
Processus ad fissuram medianam medullae spinalis. T. VIII. fig. 1. b.
Filamentum medullae spinalis terminale s. medium. T. I. fig. 1. a. fig. 2. n. T. II. fig. 1. a.
b. Pars cephalica. T. I. fig. 1. q-x. T. II. fig. 1. z.
Plexus chorioidei.
 - 1. Plexus chorioideus ventriculi quarti. T. I. fig. 2. s.
 - 2. Plexus chorioideus ventriculi tertii. T. I. fig. 2. ρ. T. II. fig. 7. h.
 - 3. Plexus chorioidei ventriculorum laterarium. T. I. fig. 2. η. T. II. fig. 7. g.

II. PARTES CEREBRI ET MEDULLAE SPINALIS.

A. Medulla spinalis s. funiculus spinalis.

A. FORMA. Vid. Tabb. I. II. VI.

- a. Facies anterior. T. II. fig. 1. h-m.
 - 1. Fissura longitudinalis mediana. T. II. fig. 16-33. a.
 - 2. Sulci intermedii anteriores, in parte cervicali existentes. T. VI. fig. 1. f.
- b. Facies laterales. T. VI. fig. 1. l-n.
 - 3. Sulci laterales anteriores. T. VI. fig. 1. g.
 - 4. Sulci laterales posteriores. T. VI. fig. 1. h.
- c. Facies posterior. T. I. fig. 2.
 - 5. Sulcus longitudinalis medianus. T. I. fig. 2. u.
 - 6. Sulci intermedii posteriores, in parte cervicali comparentes. T. VI. fig. 1. i.
- d. Pars cervicalis. T. I. fig. 2. s.
Intumescentia cervicalis. T. I. fig. 2. t. T. II. fig. 1. l.
- e. Pars thoracica. T. I. fig. 2. r. T. II. fig. 1. k.
- f. Pars lumbaris. T. I. fig. 2. p.
 - 1. Intumescentia lumbaris. T. I. fig. 2. g. T. II. fig. 1. i.
 - 2. Conus terminalis. T. I. fig. 2. o. T. II. fig. 1. h.

B. STRUCTURA. Vid. Tab. II. VI. IX.

a. Substantia cinerea s. interna.

- 1. Centrum cinereum s. commissura cinerea. T. II. fig. 16-33. f.
- 2. Crura anteriors. T. II. fig. 16-33. g.
- 3. Crura posteriors. T. II. fig. 16-33. h.

g. Substantia alba.

- 1. Fasciculi anteriores. T. VI. fig. 1. k-l. T. IX. a. b.
Partes internae { in parte cervicali conspicuae.
Partes externae {
- 2. Fasciculi laterales. T. VI. fig. 1. m. T. IX. c. d.
- 3. Fasciculi posteriores. T. VI. fig. 1. n. o. T. IX. fig. 1. e. f.
Partes externae { in parte cervicali existentes.
Partes internae {

B. Medulla oblongata s. bulbus rachidicus.

A. FORMA. Vid. Tabb. II. III. IV. VI. VIII.

- a. Facies anterior inferior. T. II. fig. 4. 5.
Fissura longitudinalis anterior. T. II. fig. 4. 5. b. T. VII. fig. 1. f.
- b. Facies laterales. T. II. fig. 6. T. VI. fig. 1. p. fig. 4. a.
1. Sulci laterales anteriores.

- 2. Sulci laterales posteriores.**
- c. Facies posterior superior.** T. IV. fig. 3. c. d.
- Fissura longitudinalis posterior. T. VII. fig. 1. g.
- Calamus scriptorius.
- d. Pyramides s. corpora pyramidalia s. eminentiae pyramidales.**
T. II. fig. 4. d. T. III. fig. 1. i.
1. Decussatio partia. T. II. fig. 4. f. fig. 5. i. T. III. fig. 1. g.
2. Commissura pyramidum. T. II. fig. 4. e.
- e. Olivae s. corpora olivariae s. eminentiae olivares.** T. II. fig. 4. c.
fig. 5. f. T. III. fig. 1. k.
- f. Corpora restiformia s. processus restiformes.** T. II. fig. 6. d.
T. III. fig. 1. l. T. VI. fig. 4. d.
- g. Sinus rhomboidalis s. foveola ventriculi quarti s. fossa triangularis.**
1. Obex sinus rhomboidalis. T. IV. fig. 3. f.
 2. Ligula s. taenia plexus chorioidei ventriculi quarti. T. IV. fig. 3. g.
 3. Alae cinereae, in fovea posteriori obviae. T. IV. fig. 3. h.
 4. Corpora teretia s. eminentiae teretes. T. IV. fig. 3. i.
 5. Striae s. taeniae medullares s. acusticae. T. IV. fig. 3. k.
 6. Chordae volubiles et verticillatae. T. VIII. fig. 3. o.
 7. Substantia ferruginea, in fovea anteriori apparsens. T. VIII.
fig. 3. p.
- h. Stratum zonale medullae oblongatae.**
1. Fibrae transversae. T. II. fig. 5. c. T. III. fig. 1. h.
 2. Fibrae arciformes, saepius repertae. T. II. fig. 4. g. fig. 5. d.
fig. 6. f.
 3. Fibrae horizontales, in pariete fissurae longitudinalis anterioris
sitae et striis medullaribus s. acusticis ex parte continuae.
T. IX. fig. 4. e.
- i. Ponticulus, qui nonnumquam adest.** T. II. fig. 5. b.
- B. STRUCTURA.** Vide Tab. II. IV. VII. IX.
- a. Substantia cinerea.**
1. Centrum cinereum. T. II. fig. 13-15. h. T. VII. fig. 1. k. et
stratum cinereum sinus rhomboidalis. T. II. fig. 10-12. h.
T. VII. fig. 1. l.
 2. Nuclei dentati s. corpora dentata s. fimbriata s. rhomboidalia.
T. II. fig. 11-12. d. T. VI. fig. 3. k.
 3. Nuclei cinerei s. corpora cinerea. T. II. fig. 6. e. fig. 10-12. f.
- β. Substantia alba.**
1. Fasciculi pyramidales. T. IX. fig. 1. h. fig. 7. c. T. IV. fig. 4. i.
Fibrae primitiae. T. IX. fig. 7. a.
Fibrae decussatae. T. IX. fig. 7. b. fig. 1. g.
 2. Fasciculi olivares. T. IX. fig. 5. c. T. IV. fig. 4. l.
 3. — laterales. T. IV. fig. 3. e. T. IX. fig. 8. e.
 4. — cuneati. T. IV. fig. 3. d. T. IX. fig. 8. d.
 5. — graciles. T. IV. fig. 3. c. T. IX. fig. 8. c.
 6. — teretes. T. IV. fig. 3. i. T. IX. fig. 8. g.
- C. Cerebellum s. parencephalitis.**
- A. FORMA.** Vide Tab. III. IV.
- Ω. Brachia s. crura s. processus medullares.**
1. Pedunculi cerebelli s. crura cerebelli ad medullam oblongatam. T. IV. fig. 4. e.
 2. Crura s. brachia cerebelli ad pontem. T. III. fig. 3. o. T. VI.
fig. 4. f.
 - Pons Varolii s. nodus encephali. T. III. fig. 1. u-z. fig. 3. n.
 3. Crura s. brachia cerebelli ad cerebrum (vulgo ad corpora
quadrigemina). T. III. fig. 6. r. T. VI. fig. 4. h.
- Β. Corpus.**
1. Facies superior. T. III. fig. 2.
Monticulus. T. III. fig. 2. e. f.
 2. Facies inferior. T. III. fig. 3.
Vallecula.
 3. Incisura anterior s. semilunaris. T. III. fig. 2.
 4. Incisura posterior. T. III. fig. 2.
 5. Margo lateralis anterior. T. III. fig. 2.
 6. Margo lateralis posterior. T. III. fig. 2.
 7. Angulus anterior. T. III. fig. 2.
 8. Angulus lateralis. T. III. fig. 2.
 9. Angulus posterior. T. III. fig. 2.
 10. Sulcus cerebelli magnus s. horizontalis. Tab. III. fig. 3. c.
 11. Sulcus cerebelli superior. T. III. fig. 2. i.
 12. Sulci cerebelli inferiores. T. III. fig. 3. 5.
- a. Hemisphaeria s. partes laterales.**
1. Lobus quadrangularis s. l. anterior superior. T. III. fig. 2. b.
 2. Lobus semilunaris superior s. l. superior posterior. T. III.
fig. 2. c. fig. 4. i.
 3. Lobus semilunaris inferior s. l. inferior posterior. T. III. fig.
3. d. fig. 4. h.
 4. Lobus gracilis. T. III. fig. 3. e. fig. 4. g.
 5. Lobus biventer. T. III. fig. 3. f. fig. 4. f.
 6. Lobus medullae oblongatae s. tonsilla. T. III. fig. 3. g. fig. 4. e.
 7. Lobulus nervi pneumogastrici s. flocculus. T. III. fig. 3. h. fig. 6. g.
- b. Vermis s. pars media.**
- a. Vermis superior.**
1. Lingula. T. III. fig. 6. n.
et velum medullare superius s. valvula cerebri. T. III. fig. 6.
m. T. VII. fig. 1. o.
 2. Lobulus centralis cum alis. T. III. fig. 6. o.
 3. Monticulus.
Culmen. T. III. fig. 2. e. fig. 4. l.
Declive. T. III. fig. 2. fig. 4. k.
 4. Lamina transversa superior s. folium cacuminis. T. III.
fig. 4. m.
- β. Vermis inferior.**
1. Laminae transversae inferiores s. tuber valvulae T. III. fig. 4. n.
 2. Pyramis. T. III. fig. 4. o. fig. 5. n.
 3. Uvula. T. III. fig. 5. m.
 4. Nodulus. T. III. fig. 5. l.
Vela medullaria inferiora s. cerebelli. T. III. fig. 5. k. fig. 6. i.
- B. STRUCTURA.** Vide Tab. VI. VIII. IX.
- α. Pedunculi cerebelli s. crura cerebelli ad medullam oblongatam.**
T. IX. fig. 5. f.
- β. Meditullium s. corpus medullare s. truncus medullaris.** T. VI.
fig. 3. n. T. VIII. fig. 4. 5. g.
- Nuclei dentati s. fimbriati s. rhomboidales. T. VI. fig. 3. o.
- γ. Arbor medullaris cum substantia corticali.**
1. Arbor medullaris hemisphaeriorum. T. VI. 3. p-r.
 2. Arbor medullaris vermis s. arbor vitae. T. VII. fig. 1. n.
- δ. Commissura hemisphaeriorum.**
1. Brachia s. crura cerebelli ad pontem. T. IX. fig. 6. f. fig. 7. n.
 2. Truncus commissuræ s. pons Varolii s. nodus encephali s. pro-
tuberantia annularis. T. IX. fig. 5. p. q. fig. 6. e. fig. 7. m. r.
- ε. Commissuræ cerebelli cum cerebro s. crura cerebelli ad cerebrum**
(solite nominata crura ad corpora quadrigemina). T. IX.
fig. 5. i. fig. 6. h. fig. 8. n.
- ζ. Massa explementi, e fibris arcuatis, laminas et lobulos cerebelli**
coniungentibus, constans. T. IX. fig. 7. t.
- η. Ventriculus quartus.** T. IV. fig. 2. 3. T. VII. fig. 1.
1. Foveola ventriculi quarti s. sinus rhomboidalis. T. IV. fig. 3.
h-k. T. VII. l.
 - Pars posterior s. calamus scriptorius s. ventriculus Arantii.
- θ. Tectum ventriculi quarti.** T. IV. fig. 2. x. T. VII. fig. 1.
- D. Cerebrum.**
- A. FORMA.** Vide Tab. III. IV. V. VI. VII.
- Ω. Pedunculi s. crura cerebri.** T. IV. fig. 1. h-l. T. VI. fig. 4. k-n.
- Β. Corpus cerebri.**

- Gyri et sulci.
1. Facies inferior. T. III. IV. fig. 1.
 2. Pars media. T. III. fig. 1.
 - a. Substantia perforata postica s. media. T. VI. fig. 1. o.
 - b. Corpora candicantia s. mammillaria. T. III. fig. 1. a.
 - c. Tuber cinereum. T. III. fig. 1. β.
 - d. Infundibulum. T. III. fig. 1. γ.
 - e. Hypophysis s. glandula pituitaria. T. III. fig. 1. δ. ε.
 - f. Lobus anterior. T. III. fig. 1. δ. T. VII. fig. 1.
 - g. Lobus posterior s. rotundus. T. III. fig. 1. ε. T. VII. fig. 1.
 - h. Chiasma nervorum opticorum. T. III. fig. 1. 5.
 - II. Partes laterales. T. IV. fig. 1.
 - a. Caruncula s. processus mammillaris lobi anterioris. T. IV. fig. 1. b.
 - b. Fossa Sylvii s. fissura inferior. T. IV. fig. 1. c.
 - c. Substantia perforata antica s. lateralis, s. lamina cribrosa T. IV. fig. 1. d.
 - d. Prominentia lobi inferioris. T. IV. fig. 1. e.
 - e. Uncus. T. VII. fig. 3. f.
 - f. Substantia alba reticularis. T. IV. fig. 1. f.
 - g. Excavatio lobi posterioris. T. IV. fig. 1. g.
 2. Facies externae. T. VI. fig. 1.
 - a. Fissura ascendens { T. VI. fig. 1. ζ.
 - b. Fissura horizontalis } T. VI. fig. 1. η.
 3. Facies superior. T. V. fig. 1.
 - Fissura longitudinalis. T. V. fig. 1. c.
 4. Facies internae hemisphaeriorum. T. VII. fig. 1. 3.
 - Fissura posterior.
 - Gyrum forniciatus. T. VII. fig. 3. e.
 - Hemisphaeria s. partes laterales.
 - Lobus anterior s. frontalis. T. III. fig. 1. ζ. T. IV. a.
 - Lobus superior s. parietalis. T. VI. fig. 1. γ.
 - Operculum lobi superioris. T. VI. fig. 1. δ.
 - Lobus inferior s. temporalis. T. VI. fig. 1. β.
 - Lobus intermedius s. opertus. T. VI. fig. 2. g.
 - Gyri breves. T. VI. fig. 2. g.
 - Lobus posterior s. occipitalis. T. VI. fig. 1. α.
 - Copula s. pars media hemisphaeriorum. T. VII. fig. 1.
 - Corpus callosum s. truncus commissuarum maxima. T. VII. fig. 1. ο-ρ.
 - Commissura anterior. T. VII. fig. 1. β. T. IV. fig. 2. q.
 - Commissura media s. mollis. T. VII. fig. 1. α. T. IV. fig. 2. r.
 - Commissura posterior. T. VII. fig. 1. t. T. IV. fig. 2. t.

B. STRUCTURA. Conf. Tab. IV-X.

 1. Pedunculi s. crura cerebri. T. IV. fig. 1. h. T. VI. fig. 4. k. T. IX. fig. 8. t. n.
 2. Pars anterior inferior s. basis. T. IV. fig. 1. i. T. VI. fig. 4. l. T. IX. fig. 8. t.
 3. Pars posterior superior s. tegmentum (Haube). T. IV. fig. 1. l. T. VI. fig. 4. m. T. IX. fig. 8. u.
 3. Pars posterior lateralis s. laqueus (Schleife). T. VI. fig. 4. n. T. IX. fig. 8. o. p. fig. 5. s.
 4. Substantia nigra s. stratum nigrum. T. IV. fig. 1. k.
 5. Colliculi s. ganglia cerebri.
 - I. Corpora quadrigemina s. colliculi quadrigemini. Vid. T. IV. fig. 3. T. VI. fig. 4. T. VII. fig. 1. T. VIII. fig. 3. T. IX. fig. 8.
 1. Corpora posteriores s. testes. T. IV. fig. 3. s. T. VIII. fig. 3. w.
 - Frenulum. T. IV. fig. 3. t. T. VIII. fig. 3. v.
 - Brachia posteriores. T. IV. fig. 3. 4. T. VI. fig. 4. q.
 2. Corpora anteriores s. nates. T. IV. fig. 3. v. T. VI. fig. 4. p. T. VIII. fig. 3. x.
 - Brachia anteriores. T. IV. fig. 3. w.
 3. Nuclei cinerei corporum quadrigeminorum. T. II. fig. 8. k. fig. 9. g.
 4. Substantia alba corporum quadrigeminorum. T. II. fig. 8. h. i. fig. 9. h. T. IX. fig. 8. q.
 5. Commissura posterior. T. IV. fig. 2. t. fig. 3. x. T. VII. fig. 1. t. T. IX. fig. 8. s.
 6. Glandula pinealis s. conarium. T. IV. fig. 3. y. T. V. fig. 4. x. T. VII. fig. 1. u.
 - Pedunculi. T. V. fig. 4. y. T. VII. fig. 1. w.
 - Lamina medullaris. T. VII. fig. 1. u.
 - Acervulus. T. II. fig. 35.
 - Aquaeductus Sylvii. T. II. fig. 8. f. fig. 9. e. T. IV. fig. 2.
 - Lamina medullaris transversa. T. IV. fig. 2. w.
 - Plumula. T. IV. fig. 2. u.
 - Pectunculi. T. IV. fig. 2. v. T. VII. fig. 1. s.
 - II. Colliculi s. thalami nervorum opticorum. Vid. T. IV. fig. 5. T. V. fig. 4. T. VII. fig. 1. T. VIII. fig. 2. 3. T. IX. fig. 8.
 1. Facies interna. T. VII. fig. 1. x.
 - Commissura molles. T. V. fig. 4. δ. T. VII. fig. 1. α.
 - Stria medullaris colliculi nervi optici. T. V. fig. 4. z. T. VII. fig. 1. z.
 2. Facies superior. T. V. fig. 4. α.
 - Tuberculum thalami superius. T. V. fig. 4. β.
 3. Facies posterior. T. VIII. fig. α.
 - Pulvinar. T. IV. fig. 3. δ.
 - Tubercula posteriores s. corpora geniculata. T. IV. fig. 3. ζ. η.
 4. Nuclei cinerei. T. IV. fig. 5. T. VIII. fig. 2.
 - Nucleus internus. T. IV. fig. 5. k. T. VIII. fig. 2. h.
 - Nucleus externus. T. IV. fig. 5. l. T. VIII. fig. 2. i.
 - Nucleus superior. T. VI. fig. 5. m. T. VIII. fig. 2. k.
 5. Substantia alba. T. IV. fig. 5. T. VIII. fig. 2. T. IX. fig. 8.
 - Stratum zonale. T. IX. fig. 8. w.
 - Lamina medullaris. T. VIII. fig. 2.
 - Fibrae medullares. T. IV. fig. 5. n.
 6. Ventriculus tertius. T. IV. fig. 2. s. T. V. fig. 4. γ.
 - Striae medullares. T. VII. fig. 1. ζ.
 - III. Corpora striata s. colliculi striati. Vid. T. IV. fig. 4. 5. T. V. fig. 3. 4. T. VI. fig. 3. T. VIII. fig. 1. 2. T. IX. fig. 8.
 1. Facies anterior. T. V. fig. 4.
 2. Facies interna. T. VII. fig. 3. q.
 3. Facies superior. T. V. fig. 4. η.
 - Stria cornea s. terminalis. T. V. fig. 3. s. fig. 4. ε. T. VII. fig. 3. m. T. VIII. fig. 3. η.
 4. Corpus colliculi striati. T. V. fig. 3. t. fig. 4. η.
 5. Cauda colliculi striati. T. V. fig. 3. u. fig. 4. ζ.
 6. Nuclei cinerei. T. IV. fig. 4. 5. T. VI. fig. 3. T. VIII. fig. 1. 2.
 - Nucleus caudatus. T. IV. fig. 4. ζ. s. fig. 5. r. T. VIII. fig. 1. l. fig. 2. m.
 - Nucleus lentiformis. T. IV. fig. 4. γ. δ. fig. 5. t. T. VI. fig. 3. ι. T. VIII. fig. 1. m. fig. 2. n.
 - Nucleus taeniaeformis s. claustrum. T. IV. fig. 4. x. fig. 5. v. T. VIII. fig. 2. o. cum amygdala. T. VIII. fig. 2. p.
 7. Substantia medullaris.
 - Meditullum album. T. IV. fig. 4. β. fig. 5. p. T. VIII. fig. 1. n.
 - Capsula medullaris nuclei lentiformis. T. IV. fig. 4. i. fig. 5. u. T. X. fig. 2. p. fig. 3. i.
 - Fibrae et fasciculi medullares. T. IV. fig. 4. ε. T. IX. fig. 8. y. z.
 - Corona radiata cum substantia corticali. T. X. fig. 1-4.
 1. Basis s. pes. T. X. fig. 1. f-h. fig. 2. a-d. fig. 4. e.
 2. Pars peripherica. T. X. fig. 1. i-m. fig. 2. e-g. fig. 3. g.
 - δ. Commissuræ hemisphaeriorum.
 - I. Commissura cerebri maxima s. corpus callosum s. trahis medullaris. T. IV. fig. 1. T. V. fig. 2. T. VII. fig. 1. T. VIII. fig. 1-3. T. X. fig. 1-4.
 1. Truncus corporis callosi. T. IV-VIII.

- a. Facies superior. T. V. fig. 2. e-k.
 Raphe. T. V. fig. 2. h. fig. 3. h.
 b. Facies inferior. T. IV. fig. 1. s-t.
 c. Genu commissurae maxima. T. VII. fig. 1. o.
 d. Corpus. T. VII. fig. 1. o.
 e. Splenium s. tuber. T. VII. fig. 1. n. T. VIII. fig. 3. z.
 2. Radiatio s. pars peripherica corporis callosi. T. X. fig. 1-4.
 a. Forceps maior s. posterior. T. X. fig. 1. q. fig. 2. m.
 b. Tapetum. T. X. fig. 1. r. fig. 2. n.
 c. Fasciculus arcuatus s. arcus. T. X. fig. 3. k.
 d. Capsula. T. X. fig. 2. p. fig. 3. i.
 e. Forceps anterior s. minor. T. X. fig. 2. r.
- II. Commissura cerebri anterior. T. IV. fig. 4. λ. T. VII. fig. 1. β.
 T. VIII. fig. 2. s. T. X. fig. 1. v-x.
 1. Pars media. T. VIII. fig. 2. s. T. X. fig. 1. v.
 2. Pars peripherica. T. IV. fig. 4. μ. T. X. fig. 1. x.
- z. Fornix. T. IV. fig. 1. T. V. fig. 3. T. VII. fig. 1-3. T. VIII. fig. 2. T. X. fig. 5.
- I. Fornix internus s. centralis. T. IV. V. VII. VIII.
 1. Corpora candicantia s. mammillaria. T. IV. fig. 1. v. w. T. VII. fig. 1. fig. 2. r. T. VIII. fig. 2. t.
 Radix descendens. T. VII. fig. 2. q. T. X. fig. 5. f.
 Radix ascendens. T. IV. fig. 1. x. T. VIII. fig. 3. u. T. X. fig. 5. h.
 2. Columnae fornici. T. IV. fig. 1. y. T. VII. fig. 2. z. T. X. fig. 5. k.
 Stria medullaris collic. nerv. opt. T. VII. fig. 1. z.
 Stria cornea s. terminalis. T. VII. fig. 3. m.
 3. Septum lucidum s. pellucidum. T. IV. fig. 4. o. T. VII. fig. 1. μ. T. VIII. fig. 3. r.
 Ventriculus septi lucidi. T. IV. fig. 4. π. T. VIII. fig. 3. u.
 4. Corpus fornici. T. IV. fig. 1. z. T. V. fig. 3. n. T. VII. fig. 1. ξ. fig. 2. ρ.
 5. Crura fornici. T. IV. fig. 1. α. T. V. fig. 3. ο. T. VII. fig. 2. w. T. VIII. fig. 3. η.
 Taenia s. fimbria. T. VII. fig. 2. z.
- II. Fornix externus s. periphericus s. cingula.
1. Pars anterior. T. VII. fig. 3. ε. T. X. fig. 5. p.
 Pedunculus septi. T. VII. fig. 1. ν. T. VIII. fig. 1. s.
 2. Pars media. T. X. fig. 5. η.
 Stria medullaris longitudinalis s. tecta. T. V. fig. 2. 3. i. T. VII. fig. 3. g.
 Fasciola cinerea. T. IV. fig. 1. β. T. VII. fig. 3. i. T. X. fig. 2. i.
 3. Pars posterior. T. X. fig. 5. s.
 Lamina medullaris pedis hippocampi et substantia alba reticulatis, continuae striae longitudinali. T. IV. fig. 1. ζ. f. T. VII. fig. 3. h.
 Fascia dentata, continua fasciolae cinereae. T. IV. fig. 1. γ. ε. T. VII. fig. 3. k.
 Cauda fasciae dentatae. T. IV. fig. 1. δ.
 Pes hippocampi maior s. cornu ammonis. T. V. fig. 4. s. T. VII. fig. 2. y.
1. Substantia alba superficialis s. alveus. T. IV. fig. 1. s. T. VIII. fig. 3. λ.
 2. Substantia cinerea cortis cerebri. T. IV. fig. 1. η. T. VIII. fig. 3. ν.
 3. Substantia alba laminae medullaris gyri fornicati. T. IV. fig. 1. ζ. T. VIII. fig. 3. μ.
 4. Substantia cinerea fasciae dentatae. T. IV. fig. γ. T. VIII. fig. 3. ε.
 Uncus. T. VII. fig. 3. f.
 Pes hippocampi minor s. calcar avis s. eminentia digitata s. unguis. T. V. fig. 4. u. T. VII. fig. 2. x. T. VIII. fig. 3. δ.
 z. Massa explemti. T. X. fig. 1-5.
 1. Fasciculus unciformis. T. X. fig. 1. y. fig. 3. l.
 2. Laminae arcuatae, gyros unientes. T. X. fig. 1. z. fig. 2. t. fig. 3. m.
 η. Ventriculi laterales. T. IV. fig. 1. T. V. fig. 4. T. VII. fig. 2. 3.
 1. Cornu anterius. T. V. fig. 4. s.
 2. Cornu medium s. magnum s. descendens. T. V. fig. 4. g. T. IV. fig. 1. ι. T. VII. fig. 2. m.
 3. Cornu posterius s. fovea digitata. T. V. fig. 4. e. T. IV. fig. 1. z. T. VII. fig. 2. m.

EXPLICATIO TABULARUM.

TABULA PRIMA.

Figura prima, a et b.

Velamenta encephali et medullae spinalis viri adulti a tergo exhibita.

Ad sinistrum dura mater in conspectu posita est, ad dextram hanc sustuli, quo membrana arachnoidea pateat. Vasa sanguifera et lymphatica membranae cerebri vasculosae iniecta sunt. Calvaria a vertice usque ad foramen occipitale magnum serra per latitudinem divisa est.

A. A. Ossa bregmatis. **B. B.** Ossa temporum. **C. C.** Partes conchoideae ossis occipitis. **D.** Vertebra sacralis sexta, quae saepius exstet. **E. E. E.** Ossa coccygis.

I-VIII. Nervi cervicales. **IX-XX.** Nervi thoracici. **XXI-XXV.** Nervi humbales. **XXVI-XXXI.** Nervi sacrales (uno quam solet plus hic inveniuntur, quia sex vertebrae sacrales adsunt). **XXXII.** Nervus coccygeus.

1. Radices nervorum spinalium posteriores, membrana serosa tectae. **2.** Ganglia spinalia nervorum cervicalium. **3.** Ganglia sacralia.

